SANCTI
PROSPERI
AQUITANI,
OPERA OMNIA.

SANCTI
PROSPERI
AQUITANI,
S. AUGUSTINI DISCIPULI,
S. LEONIS PAPÆ PRIMI NOTARII,
OPERA OMNIA
AD MANUSCRIPTOS CODICES,
necnon ad editiones antiquiores & caſtigatiores emendata,

Nunc primum ſecundum ordinem temporum diſpoſita,

ET CHRONICO INTEGRO EJUSDEM, AB ORTU rerum, uſque ad obitum Valentiniani tertii, & Romam a Vandalis captam pertinente locupletata.

Quibus præfigitur ejuſdem S. PROSPERI AQUITANI VITA *ex Operibus ipſius, & Scriptorum Eccleſiaſticorum libris concinnata.*

EDITIO PRIMA VENETA

Juxta Pariſienſem accuratiſſimam anni MDCCXI.

TOMUS PRIMUS,

ADDITIS NUNC PRIMUM S. ASTERII EPISCOPI AMASEÆ HOMILIIS.

VENETIIS,

Apud SIMONEM OCCHI

Sub Signo Italiæ.

M. DCCXLIV.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.

GASPARI DE NIGRIS

EPISCOPO PARENTINO,

COMITI, DOMINOQUE URSARIÆ &c.

AUGUSTINUS SAVIOLI

F.

OPtanti mihi, ILLUSTRISS. PRÆSUL, cultus atque obſervantiæ erga te meæ jam tum argumentum aliquod exhibere, cum benevolentiæ in me tuæ fructus primos, eoſdemque maximos perciperem, nullum ad hanc diem aptius viſum tempus eſt, quam hoc, quo abſoluta tandem D.

ADMONITIO IN EPISTOLAM SANCTI PROSPERI AD SANCTUM AUGUSTINUM

De reliquiis Pelagianæ hæreſeos in Gallia ſuboleſcentibus.

CUM ſanctus Auguſtinus majorem vitæ partem in revincendis diverſi generis hæreticis inſumpſiſſet: poſt partam Eccleſiæ ab eo perfectam de Arianis, Manichæis, Donatiſtiſque victoriam; noviſſime ſurrexit Pelagiana hæreſis gratiæ Dei inimica, quam ipſe ab anno 412. ſcriptis libris de peccatorum remiſſione & de Baptiſmo parvulorum, & aliis, annis ſubſequentibus, ut ſe ſe obtulit occaſio, ſtrenue debellare non ceſſavit: quæque pluribus Epiſcoporum Conciliis ſummorumque Pontificum decretis damnata, vires amittere, defenſorumque numero cœpit decreſcere. At vero ultima ſantiſſimi Doctoris ætate, viri quidam, alias Catholici, ſed aut minus eruditi, & in Scripturis, unde doctrinam ſuam hauſerat Auguſtinus, non ſatis verſati, aut forte minus demiſſe quam oportuerat de ſeipſis ſentientes, lectis Auguſtini libris aut turbati, aut etiam ſcandalizati ſunt. Turbas inter Adrumetinos in Africa Monachos, qui Abbati Valentino parebant, excitatas non ægre ſedarunt tum liber de Gratia & libero arbitrio, tum alius de Correptione & gratia, qui mentibus eorum obductas dubitationum nubes luce ſua diſſiparunt.

At perniciem multo majorem Eccleſiæ, apud Gallias præſertim, creavit ſurculus alius hæreſis Pelagianæ, qui tanto latius diffudit ſeſe, atque altiores radices egit, quanto is prima fronte apparuit minus injurioſus in Chriſti Salvatoris gratiam, quam haud parum quoque amplificare videbatur. Hujus initia quædam prodierant cum novo dogmate Vitalis, viri aliunde Catholici, qui cum eſſet in Carthaginenſi eruditus Eccleſia, præcipuam quamdam doctrinæ ſancti Cypriani ejus urbis Epiſcopi venerationem debebat: a qua illum tamen temere diſcedere conquerebatur Auguſtinus. Et Vitalem quidem hæreticum Pelagianum eſſe ſanctus Doctor non credebat: ſed minime tam orthodoxum eſſe audierat, ut nihil illius ad eum tranſiiſſet vel in eo relinqueretur erroris. Pelagiani quippe omnia, ut eidem ſcribit, ad fidelem piamque vitam hominum pertinentia ita tribuunt libero voluntatis arbitrio, ut habenda ex nobis, non a Domino putent eſſe poſcenda: ille autem initium fidei, *ubi eſt etiam initium bonæ, hoc eſt, piæ voluntatis, nolebat* donum eſſe Dei, ſed ex nobis nos habere *contendebat*, ut credere incipiamus; *cetera autem religioſæ vitæ bona Deum per gratiam ſuam jam ex fide petentibus, quærentibus, pulſantibus donare conſentiebat. Hunc Vitalis errorem, quem ipſum amplexi ſunt qui vocati ſunt Semipelagiani, epiſtola ad eumdem ſcripta inde potiſſimum refellit Auguſtinus, quod Eccleſia preces*

August. Ep. 217. n. 2.

Ibid. n. 25.

Ibid. n. 29.

APPENDIX
OPERUM
SANCTI PROSPERI
AQUITANI.
TOMUS SECUNDUS.

SANCTI
ASTERII
EPISCOPI AMASEÆ
HOMILIÆ.